B Secundus & conpositus numerus est qui non solum mona
dicam mensuram sed & arithmeticam recipere potest
ut uerbi gratia nouem quindecim uiginti unum
& his similia.

Γ Mediocris numerus est qui quodammodo simplex &
inconpositus esse uidetur. Alio uero modo secundus &
compositus ut uerbi gratia. Nouem ad xxv. dum con
paratus fuerit primus est & inconpositus quia non
habent communem numerum nisi solum monadicum
ad xv. uero si conparatus fuerit secundus est & conpo
situs quia me est illi communis numerus praeter mona
dicum id est trinarius numerus qui nouem mensurat
ter terni & quindecim ter quini.

ALTERA DIUISIO DE PARIBUS AUT
IMPARIBUS NUMERIS



Superfluus numerus est qui descendit
de paribus is dum sit superfluus partes quanti
tatis suae habere uidetur ut duodecim habet

medietatem sex sexta pars duo quarta iii tertia iiii & duodecima
pars unum quae omnis adsumata fiunt xvi. Indigens numerus
est qui & ipse de paribus discendit is quantitatis suae summam
partium inferiorem habet ut octo cuius medietas iiii.